Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Ba

et reuuabat et orabat in conspectu dni et collegerunt peccata ipsorum
tunc vnusquisq; manus suas et miserunt ad Jerusalem ad Joachim fi
lium Eliadne filij Salomon sacerdotem et ad omnem populum qui inuentus fuit
ibi in Jerusalem ut acciperent vasa templi dni quæ ablata fuerant de
templo. et reuocarent in terram Juda die mensis nisan. id est Januarij
vasa argentea quæ fecit Ezechias filius Josie rex Juda postquam capis
set Nabuchodonosor rex Babilonis Jechoniam et principes et victores
et potentes et populum ire ab Jerusalem et duxit eos vinctos in
babiloniam et dixerunt. Ecce mittimus vobis pecunias de qua emite
nobis holocausta manna et thus. et facite munda et offerte super pcto
ad aram dni dei nri et orate pro vita Nabuchodonosor regis babilonis
et pro vita baltasar filij eius vt sint dies eorum sicut dies celi super
terram. ut det dnus virtutem nobis et illuminet oculos nros ut viuamus
sub umbra Nabuchodonosor regis babilonis et sub umbra baltha
sar filij eius et seruiamus eis multis diebus. et inueniamus gratiam in con
spectu eorum et pro nobis ipsis orate ad dnum deum nrm. quia peccauimus dno
deo nro et non est auersus furor eius a nobis usque in hunc diem Et
legite librum istum quem mittimus ad vos. recitatis in templo dni in die
solemni et in die opportuno. Et dicetis dno deo nro iustitia. nobis
autem confusio faciei nre sicut diebus hodie ipsi iuda et habitatoribus hierusalem
regibus nris et principibus nostris et sacerdotibus nris et prophetis nris
peccauimus enim in dnum deum nrm et non credidimus. diffidentes in eum
et non audiuimus subiecti illi et non obaudiuimus voci dni dei nostri
ut ambularemus in mandatis eius quæ dedit nobis a die qua eduxit
patres nros de terra egipti usque in hunc diem Et cecidimus incredibiles ad
dnum deum nostrum. et dispersi sumus ne audiremus voce eius
Et adhesterunt nobis multa mala et maledictiones quas constituit dns
moysi seruo suo qui eduxit patres nros de terra egipti dare nob
terram fluentem lac et mel. sicut hodierna die Et non audiuimus
vocem dni dei nri secundum omnia uerba prophetarum quæ misit ad nos
et abiuit vnusquisq; in cogitatione cordis nostri malignis
o parti diis alienis fecerunt mala ante oculos dni dei nostri Et ecce
Propter quod statuit dns deus nr.

II